Excellentissimo et magnifico principi et potenti domino domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice comitique Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillario, ammirato et capitaneo generali. Fortunius Martini, miles, Petrus de Villarasa, legum doctor et uestre curie iudex, Dinus Siluestri, se prostratos ante pedes uestros cum manuum osculo atque pedum. A la uostra real magestat, seynor, sia manifest per les presents que apres aquel dia que.ls prohomens qui son ordenats per lo comun de Lucha, e son XXV, e.ls nobles marcheses se retengren acort, fom lendema seguen ensem, e.ls dits marcheses trameresen a nos per missatges I caualer, per nom micer Guido de Viano, e I escuder, per nom P. Roba, e son los pus secrets homens que els agen, per dir a nos ço que.ls dits marcheses entenien a uos, seynor, a fer ni a uos a demanar. E entre les altres coses, demanaren IIII capitols. Lo primer es aquest. Dien los marcheses que els per si o per lur procurador faran homenatge e sacrament de feeltat, per si e per lurs successors, al seynor rey, per si e per los seus successors, de les terres les quals els han en Sardeyna e aquel seynor rey tendran per rey de Sardeyna. Item, demanen los dits marcheses que els agen plenera jurediccio e mixt e mer imperi en tota lur terra, la qual han en Sardeyna, e axi con tots temps els e.ls seus o an hauut, e d.aquela que.l seynor rey lur uolra donar e atorgar. Item, demanen que.l seynor rey lur don sou a C caualers. Item,

que. l seynor rey lur do la ciutat de Sacer ab tots sos termens e pertinencies franch e quití, o si no. ls uol donar la dita ciutat de Sacer, que lur do lo castel de Gosia ab tot son terme franch e quití. Als quals capitols nos, seynor, resposem, e primerament que teniem per ho lo primer. Al segon e al terç resposem, que nos no haviem algun manament d. atorgar a els jurisdiccio alcuna ni d. atorgar a els son alcun a caualers, mas ben crehyem que, si els ben uos seruien ni leyalment, uos, seynor, lur fariets gracia de les dites coses en tal manera que els ne serien pagats. So ueritat, seynor, que micer Vanni respos al capitol del sou de C caualers e dix, que el n. auie ab uos, seynor, ja parlat dien que. ls pisans qui son fora exits de Pisa fossen en lo sou en Sardeyna e uos que li resposes que us plahye, mas no que presessen egual sou ab los nobles ni ab los caualers los escuders, e que crehye que uos lur atorgariets lo sou a C caualers e que. ls dits pisans fossen en lo dit nombre dels C. Item, resposem al quart capitol, que nos auiem cert manament e de certa terra a els a donar e que. ls dits lochs que els demanauen no eren contenguts en lo dit nostre manament, porque nos no y podiem als consentir ni enantar, mas d. aço que nos haviem poder erem appareyllats de fer en tal manera que els ne serien pagats. E aquestes coses dites e ordonades, leuas micer Vanni e dona. ls a entendre com la ciutat de Sacer ab son terme eren gran cosa e valie molt de renda; dix. lur encara, com lo castel de Gosia ere I dels pus forts e honrat castel de Sardeyna e qui era seynor d. aquel quaix ere seynor de Sardeyna, com sia en lo mig loch, per que els no deuien demanar aytal cosa. E los dits missatgers dels marcheses dixeren, que auien ohida la nostra resposta e que o dirien als dits marcheses e lendema que. ns farien resposta; e axi partiren. se de nos. E nos entretant parlam ab als cuns dels dits XXV prohomen, qui son ordonats ab nos a parlar, e dixem. lur e. ls donam a entendre ço que. ls dits marcheses a uos, seynor, demanauen e que, salua la lur honor, els no demanauen cosa rahonable ni mostrauen que hy feessen per honor e amor uostra ni amor del comun de Lucha. E sobra aço los dits marcheses parlaren ab los dits XXV prohomen. E hauut acort ab els, ben a cap de III dies o de IIII els nos trameseren lurs missatges, aquels los quals nos auien ja trameses, e breument resposeren. nos que. ls dits marcheses eren appareyllats de fer sagrament e homenatge a uos, seynor, de la terra la qual els han en Sardeyna a tener. uos en seynor e en rey de Sardeyna; les altres coses, que els auien posades en los capi-

tols, lexauen estar de demanar, com de totes les dites coses se uolguessen metre en nostre poder e estar al bon cosiment (*sic*) de la uostra real magestat. La qual resposta nos ab alegre coratge reebem e fom molt alegres, dien a els que auiem auut myllor acort que no can demanauen les coses contengudes en los dit capitols; e partiren.se de nos. E apres II dies los dits marcheses vengren a nos ab alscuns prohombres del dits XXV, e confirmaren la dita resposta derrera a nos feyta per los dits missatges, dien que mes amauen estar a la uostra merce per fer e per dir ço que uos manassets [ans ?] que no [pen ?]dre ço que nos lur proferim de part uostra de donar, e aço a complir els farien lur sindich e procurador, lo qual trametrien a la uostra real magestat ab tot plen poder e per fer e per dir ço que uos manassets. E pregauen.nos que I de nos deguessem a vos, seynor, anar ab lo dit sindich lur per tal que mylls, seynor, uos pogues enformar del dit feit e demostrar a la uostra real magestat la bona voluntat que els uos han. E nos, seynor, hauut acort entre nos, trobam que no u podiem fer menys que no.n poguessem esser blasmats e represes per uos per raxon de la resposta que auem a esperar. E axi resposem.lur, que degu de nos no y podie anar, cor auiem a esperar la resposta que.ns auien a fer los comuns de Lucha, de Florença e de Sena, mas que nos escriuriem a uos, seynor, la ueritat de tot lo feit per nostres lettres. Item, sapie la uostra seynoria que.ls dits marcheses an guerra ab aquels de Sacer en Sardeyna. El capita Espinola de Genoua a dit a micer Francischi, qui es I dels dits marcheses e ha per muyller la neta del capitán Spinola, que aiuden a defendre la lur terra, la qual han en Sardeyna, ensems ab los pisans contra uos, e si aço no uolen fer, que la venen als pisans e fer lur n.a dar gran quantitat de moneda. El dit micer Francischi respos que aurie son acort ab los altres marcheses sos cosins; e axi, los dits marcheses temen.se que can los genouees e.ls pisans sabran que ab uos se sien auenguts, que Genoa daria licencia al comun de Pisa de trametre ajuda al loch de Sacer de homens a caual e de peu e lo comun de Pisa o fara uolenter, e axi destruyrien e pendrien tota lur terra, si donchs els no la guarnien d.homens a caual e de peu e lo comun de Lucha, en honor e en serui nostre e de la uostra real megestat, ajude lur de moneda a ades, en axi que.l castel de Boso e de Huosoli, lurs castels, sien guarnits d.omens a caual e de peu per III meses. E encontinent micer Corradi, I dels dits marcheses lo pus joue de tots, e no ha muyller, deu.se.n a anar en Sardeyna ab C

homens a caual e ab CC homens a peu. E hanc lo comun de Genoa ja enguan, que els hi uolien passar ab compayna per rahon de la dita guerra, no lur dona leer (?) de recuyller.se en lur terra, ans dixeren que si no lur fos per micer Francischi, que els donaren licencia al comun de Pisa de trametre secors a la dita ciutat de Sacer d.omens a caual e de peu. E els deuen auer II galees del loch de Finar, qui es del marches de Carret, qui ha la fylla del rey Frederich per muyller, e deuen.se recuyller en lo golf de Port Venre, prop de Lucha, a VIII mylles, e de la terra del marches, a III myles. E, seynor, sopliquen.uos e us pregunen los dits marcheses que aço sia feyt molt secretament, con a el sia gran peryll si dins aquels III meses els no hauien auuda uostra ajuda e mantener la terra per uos, e en que uos e la uostra gent pugua pendre terra quant vendra, en tal manera que.s poguessen deffendre contra lurs enemichs, en aixi, seynor, que.ls amichs e deuots uostres, los quals los dits marcheses han en la dita ciutat de Lucha, nos pregaren que nos deguessem escriure a uos e soplegar de part d.els que, si per auentura, seynor, uos no huiets poguda trametre ajuda de gens als dits marcheses per deffendre lur terra contra lurs enemichs dins los dits III meses, que plagues a la uostra real megestat que del serui, lo qual uos ha a donar lo cumun de Lucha, de Florença e de Sena, passats los dits III meses, fos prouehit en ajuda als dits marcheses d.aquela quantitat que plaurie a la uostra real magestat, per tal que poguessen deffendre lur terra contra lurs enemichs e uostres entro que uos hy aguessets donat altre conseyll. E aço, seynor, uos fem nos saber per prigaries lurs e uos fareys.lur aquela resposta que a la nostra real magestat plaura. Item, sapiats, seynor, que micer Morroel es tengut en Toscana per lo pus saui hom de feyt d.armes que els agen, e es de edat de XL ayns e es gran hom e sobrer. Item, micer Francischi dien que es valent hom e es de edat de XXX ayns, mas aquest no se.s vist ab nos. Item, micer Corradi es pus jove de tots, cor pot esser de edat de XXIII ayns, e no ha muyller. E en quant nos auem uist e conegut, els son de gran volentat de seruir.uos e estar a la uostra merce. Item, sapiats, seynor, que micer Morroel es de volentat, segons que diu, que quan micer Corradi sia passat en Sardeyna que el se.n uage en Prohença per escusa de ueure.se ab lo cardenal del Fisch, del qual el ha sa germana per muyller, e en Prohença que agues compayna e que.s recuyllis per anar en Sardeyna e que.s uees ab uos, si fer se podie. E axi, seynor, uos aiats

uostre deliberacio sobre aço que diu micer Morroel: que si el ha CCC homens a caual de la uostra gent e tro a mil homens de peu uostres que no romandra res de plan en Sardeyna que no us o conquira, o la maior part, si uos a ades no y podets passar, en aixi que quant uos hy uolguessets passar trobariets gran res de la terra conquesta e que.s tendra per uos. Les quals coses foren feites, seynor, VIII dies a l.exida d.octubri. E en aquest endemig, als marcheses vengren noues de Sardeyna que aquels de Saceri ab gran compayna d.omens a caual e de peu auien corregut a I castel lur, per nom Osoli, e auien.lur cremat I burch. E els dixeren.o al comun de Lucha e requeriren.los que.ls ajudassen, e els resposeren.lur que o farien uolenter ab que fos mes en scrit ço que.ls marcheses entenien a fer a la uostra real maiestat e encara que feessen a uos, seynor, homenatge e sacrament de feeltat per la terra que an en Sardeyna. Els marcheses resposeren.lur que o farien volenter, e sobre aço fo ordonat que els meseren en escrit ço que han a uos, seynor, a fer ni ço que demanen a uos, les quals totes coses son segelades ab los segels de micer Morrouel e de micer Corradi e ab los nostres, per rahon de la resposta per nos feita a les dites coses, de la qual scriptura, seynor, uos trametem traslat dins en la present letra. E sapiats, seynor, que dissapte a uespre segon dia de nouember, en lo qual dia fo feita la dita scriptura, se parti de Lucha de nos micer Corradi per aplegar compayna d.omens de caual e de peu e per passar.se.n en Sardeyna, que ja auien molts homens asoldeiats. E segons que dehyen, deuien.se recuyller en IIII galees de genouees que venien de Romania, e auran.ne meyllor mercat, ben de la meitat, que no auien de les altres, que no.ls costen sino MD liures de genouins. Item, sapiats, seynor, que micer Morrouel nos dix molt secretament que encontinent que micer Corradi se fos recuyllit ab tota la gent per anar en Sardeyna, el tot secretament ab siquart o ab VI caualgadors se.n ira a uos, que de tot en tot es sa uolentat que.s uege ab uos. Item, sapiats, seynor, que.ls ambaxadors de Lucha eren venguts de Florença e de Sena e an auuda resposta de Florença que els son appareyllats de fer ço que.l comun de Luca uolra; aquels de Sena an respost per altres paraules, mas dien aquels de Luca que per res aquels de Sena no.s partirien d.els, mas quant a ara, per rahon d.alcuna discordia que es entre els no podien fer resposta certa. Item, sapiats, seynor, que.l comun de Lucha auie ordenat micer Enrich Bernadutxo, qui es I d.aquels als quals uos trameses nostra carta, sindich e procurador sobre la respo-

sta a donar a nos; el comun de Florença, deu.ne axi meteix altre fer, no.ns sabem qui sera, mas deuie uenir la resposta dema que sera digous VII jorns del mes de nouembre. E deuien.se justar a Fixich o a Empuli; e nos deuiem hi esser ab els ensems, si donchs aquels de Florença no uolien uenir en Lucha. E segons que.ns dehyen aquels de Lucha, lo dit acort no deuie durar pus de II dies e encontinent fer.nos.hyen resposta. E axi, seynor, auem fe en Deu que partirem de Lucha lendema de sent Marti, Deus guardan.nos d.altre embarch. Item sapiats, seynor, que en Pisa tenen tots jorns conseyll e no.s poden auenir, en axi que diluns primer passat de noembre tengueren III vegades conseyll e cuydaren.se de s.auenir e an molt gran reguart de nos. Item, sapiats, seynor, que.l patro de les dites III galees, en que deu passar micer Corradi, a nom micer Amfrahon Spinola, fill de micer Lafranco Spinola qui fo, e es germa de la mare del dit micer Corradi; e an dit que de III galees que son, armaran.ne les II be an en cor de leixar los homens de les dites galees en Sardeyna en ajuda del dit micer Corradi, exceptat aquels qui se.n tornen ab les dites galees. E deuen esser a ades de LXX a LXXX homens a caual e tro a CC homens a peu, e deuen recuyler los cauals en I loch qui.s apela la Fossa de Magre, qui es en lo bisbat de Luna e es en lo comdat de Lucha; mas ara eren les dites galees en I loch qui.s apele Lerici, qui es a II myles de Sarçana, on esta la dona mare del dit micer Corradi; e en ajuda d.aquesta compayna a passar e al sou d.aquels don.les lo comun de Lucha MMD florins d.or e mil e D lo comun de Florença, e axi son III milia florins d.or per III meses, dins los quals los dits marcheses esperen uostra ajuda. Altres noues quant ara, seynor, no hinc a que us pugam fer saber. Comanam.nos, seynor, en uostra gracia com de seynor de qui esperam be e merce. Dat. Luce, VIII^o idus nouembris.

84

<1308>, dicembre 3, Lucca

Gli ambasciatori aragonesi in Toscana scrivono al re Giacomo II, riferendo, tra le altre cose, della volontà da parte dei Malaspina di mettersi a servizio del sovrano: «Del feit dels marcheses, seynor, uos auem ja escrit per I correu nostre que us auem trames, los quals creem que seran appareyllats de fer lo uostre manament».

<1308>, dicembre 3, Genova

Cristiano Spinola informa il re d'Aragona Giacomo II sulla situazione interna di Genova e sugli avvenimenti in Sardegna. Riguardo alla guerra tra Malaspina e Sassari, riferisce che una delegazione sassarese si era recata a Genova per chiedere aiuti, «specialiter de aliquibus ingeniis» (macchine belliche da assedio) per riuscire a espugnare i castelli, mentre i Malaspina si preparavano a partire dalla Lunigiana con due galee cariche di cavalieri e fanti.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 299.

Serenissimo domino suo domino Iacobo, Dei gracia illustrissimo regi Aragonum et Valencie, Sardinie et Corsice, comitique Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillario, ammirato et capitaneo generali. Cristianus Spinola, suus familiaris et deuotus, cum omni recomendacione se ipsum. Nouitates que in ciuitate Ianue nunc versantur, maiestati vestre duco presentibus no[tifican]das. Die lune XVIII nouembris quoddam consilium ex nobilibus et popularibus per capitano[s ?] et abbatem populi extitit celebratum, eo quod voce mutua narrabatur quod marchiones Malaspine cum dominis de Flischo venerant in quendam locum, qui dicitur Valdetar, ob volendum intrare et offensionem inferre per terretorium terre nostre; et sub colore huiusmodi, asserentes quod in ciuitate nostra magnus erat tractatus, totus populus viriliter se armauit et deposuerunt de capitania dominum Bernabam Aurie ipsumque personaliter acceperunt et in domo Oddoardi Spinole de Luchulo cum bonis custodibus eum tenent. Verumtamen, videntibus dominis de domo Aurie factas huiusmodi nouitates, dominus Brancha die martis sequenti, cum vna barcha armata, de Ianua segregauit et intrauit in quoddam castrum comunis, quod Lelexe nominant. Dominus Fredericus Aurie ad quoddam castrum marchionum Malaspine, quod Crux dicitur, ambulauit. Dominus Conradus et Oddoardus Aurie sunt in Ceua. Tamen dominus Fredericus separauit de Cruce et se posuit in Sarzana. Dominus Lamba cum aliis de domo Aurie, dicentibus se velle stare ad comunis mandata, Ianue remanserunt. Quibus nouitatibus et procesibus gentes de terra generaliter valde dolent, et die veneris tunc proxime sequenti parlamentum et consilium extitit ante ecclesiam Sancti Laurentii congregatum, in quo consilio

dominus Opecinus Spinole de Luchulo fuit tempore vite sue capitaneus perpetuus refirmatus; et die dominico sequenti sero, ipse et dictus dominus Bernabas in concordio extiterunt, quod dominus Bernabas stare promixit ad comunis mandata, sicut alii ciues Ianue ciuitatis, et esse ipsius capitani amicus intimus velut frater, eique promissum extitit, quod ab eo et patre eius aliqua securitas non petetur, set secure stare poterunt in ciuitate et extra ad eorum liberam voluntatem; ac ipse capitaneus ei promixit tractare et tenere ipsum pro amico et fratre, ac pro emenda sue, capitaneus faciet ei tribui certam pecunie quantitatem. Postea ordinauerunt quod Lafranchus Spinole, qui est generus predicti domini B. vadit ad dominum Brancham, ad ordinandum cum eo quod, sub istis pactibus, debeat comuni (?) reddere dictum castrum; et sic adaptacio facta est in predictis. Quicquid autem de intencionis (?) hinc antea fieri valeat ignoratur. Quapropter, occasione dictarum nouitatum in terra nostra versancium, non michi videtur quod legacio per comune nostrum ad vestram nunc possit fieri maiestatem, quando tantum habent facere in nouitatibus supradictis, quod modo ad dictam legacionem mitendam atendere non valerent. Preterea, vestra noscat serenitas quod ambaxatores de Sasaro nuper in ciuitate Ianue appulerunt occasione petendi auxilium a comuni et specialiter de aliquibus ingeniis, dicentes quod habent totam terram marchionum Malaspine, saluo castrorum cacumina, et si haberent ingenia, ipsa castra continuo capebant violenter. Marchiones autem Malaspine, cum duabus galeis, in Lunexana se preparant, cum hominibus equitibus et peditibus se in Sardiniam transituri. Quare michi videtur, quod condiciones nunc in Sardinia et in Ianua existentes sint in meliori statu quo possent existere (?) pro maiestate vestre potencie, si parata foret et in condicione possendi nunc attendere in Sardinia acquirenda et quod ipsa cotidie meliorant. Semper igitur paratum me offero ad cuncta, que michi subdito vestra serenitas duxerit imperandum. Alia noua in his partibus non existunt, que sint vestre celsitudini rescribenda, set quociens occurrerint aliqua, ipsa per meas apices vestre maiestatis potencie indicabo. Me semper et mea vestre maiestatis gracia recomendans.

Dat. Ianue, die III decembris.

86

1308, dicembre 14, Lucca

Attestato notarile in cui si enunciano le principali basi dell'accordo negoziate tra gli inviati aragonesi, da una parte, e guelfi di Toscana e Malaspina, dall'altra. Riguardo a questi ultimi, Moruello, Franceschino e Corradino, o uno o due di loro, avrebbero dovuto portarsi subito in Sardegna presso Bosa, Osilo o altrove e prepararsi ad accogliere degnamente il re d'Aragona. I marchesi avevano ottenuto finanziamenti da Lucca (2.500 fiorini d'oro) e Firenze (1.500).

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 301a.

[pp. 381-382] «Referant etiam post predicta predicti ambaxiatores regii qualiter medio tempore more ipsorum fuit et est tractatum et procuratum et quasi ad executionem deductum quod ipsi domini marchiones, videlicet, viri magnifici domini Morrouellus, Franceschinus et Corradinus, debeant se uel vnum ex eis siue duos transferre presentialiter et sine dilatione ad terras et castra Buoçe et Oçoli, que sunt in Sardinea, et ad alias terras quas ipsi marchionies ibidem habent et eorum sunt et ipsas terras custodiant et muniant, custodiri et muniri faciant in honorem regie maiestatis et se ipsi marchiones recongnoscant et recongnoscerere debeant fideles regie maiestatis de ipsis terris et ipsas terras paratas teneant et tenere debeant pro recipiendo ipsum serenissimum dominum regem et gentem ipsius in totum et in partem ut placuerit regie maiestati. Et predictorum occasione Lucanum comune donauit in pecunia nummerata marchionibus antedictis florinos duomilia quingentos auri et comune Florentie donauit eisdem marchionibus florinos mille quingentos auri, de qua pecunia dicti marchiones presentialiter gentes iurarunt (?) et continue parant equites et pedites pro se transferendo (?) per mare ad dictas partes et ad dicta loca ut predicta iusta votum Florentinorum et Lucanorum plenum consequantur effectum. Et que de predictis marchionibus dicta sunt, sunt redacta in scripturis publicis et idoneas cautiones de quibus ambaxiatores regii oculata fide et veris indiciis veritatem plenissime congnouerunt.

Propter quod maiestas regia dignetur velotius prouidere ut postquam adest portus ingrediendi in insulam satis ydoneus utpote terra Buoçe, ipsis marchionibus subueniatur ita quod incepta gloriosum, felicem, victoriosum et triumphalem possint consequi

effectum in honorem et reuerentiam regie maiestatis.

Suprascripta responsio summarie est narrata, set ambaxiatores regii ut premissum est de predictis poterunt horetenus clarius respondere quia cum eis omnia fuerunt comunicata et eorum prouisione ut vtile et necessarium fuit tractata vt regie maiestati possent et deberent melius esse nota.

Fides ad predicta pro comuni Lucano, sigillum Lucani comunis. Fides pro comuni Florentie, lictere ambaxiatorum ipsius comunis Florentie, quas ambaxiatores regii habent.

[*Signo*] Ego Iohannes Bosse, imperiali autoritate notarius et Lucani communis cancellarius, predicta omnia de voluntate et mandato predictorum ambaxiatorum comunis Florentie et predictorum reginum (*sic*) et sapientum Lucane ciuitatis, licet ab alio hic mea licentia scripta cum appositione mei nominis plicauī.».

*87

<ante 1308, dicembre 16>

Gli inviati aragonesi scrivono ai Malaspina chiedendo loro che «tenguessen appareylat lo lur sindich e procurador» per definire e ratificare presso il sovrano gli accordi stipulati in Toscana.

Citato in doc. 88.

88

<1308>, dicembre 16, Lucca

Gli inviati aragonesi trasmettono al re Giacomo II la risposta finale dei Comuni di Firenze e Lucca. Rispetto ai Malaspina, fanno presente di averli informati di preparare un'ambasceria per definire e ratificare gli accordi stipulati in Toscana, mentre gli stessi marchesi allestivano un esercito da trasferire in Sardegna.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 304.

[p. 385] «E auiem trames I correu als marcheses de Malaspina que tenguessen appareylat lo lur sindich e procurador, lo qual, seynor, deuen a uos trametre per complir tot ço que an a nos promes e de fer la uostra volentat en totes coses, axi com nos o portam escrit e segelat ab lurs segels; e els o alsun d.els deuen passar en Sar-

deyna ab compayna de caualers e d.omens a peu, que ja recuylien los cauals e la compayna.».

89

1308, dicembre 16, Lucca

I delegati di Firenze e Lucca comunicano al re Giacomo II l'accordo raggiunto con gli inviati aragonesi in Toscana. Una delegazione delle due città e dei Malaspina sarebbe salpata in breve per l'Aragona.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 305.

[p. 386] «Et ecce quod expeditione felici predictorum, que nostra continet responsio supradicta, pro parte communium Florentie et Luce et marchionum Malaspine ambaxiatores et syndici solennes sine intermissione aliqua sublimatiti (*sic*) regie dirigentur, qui die sequenti post instans Pascha Nactiuitatis Dominice de ciuitate Lucana infallibiliter mouebuntur.».

90

<1308>, dicembre 18, Marchia marchionum Malaspine

Moruello, Franceschino e Corradino Malaspina scrivono al re Giacomo II dei negoziati svoltisi in Toscana e pregano il sovrano di inviar loro rinforzi per potere sostenere la prossima impresa sarda.

Originale [A], ACA, *Cancelleria, Cartas Reales Jaime II*, n. 9.974, caja 82

Nel verso: «Illustrissimo atque invitissimo domino domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac comiti Barchinone et sacre Romane Ecclesie vexillario, amirato et capitaneo generali».

Rispetto alla datazione, l'indizione VI corrisponde all'anno 1308.

Edizione: V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 307.

Illustrissimo atque invictissimo domino domino Iacobo, Dei gratia regi Aragonum, Valentie, Sardinee et Corsice ac comiti Barchinone et sacre Romane Ecclesie vexillario, amirato et capitaneo generali. Devotissimi sui Morroellus, Francischinus et Conradinus, marchiones Malaspine, se ipsos ad obsequia cuncta cum promptitudine preparatos. Instantibus fidelitati nostre legatis

magnificis regie maiestatis, necnon spe regalis providentie cohortante, bellum contra Sardos inivimus, gerimus et geremus feliciter atque vires nostras amicorumque nostrorum omnium totaliter extendemus. Verum quia ceptum negocium non minimum est, sed arduum, adeo ut consideratis hinc inde laboribus sub dispendio temporis, nostris brachiis prevalitarum timemus, excellentissime potencie vestre vice versa cum devocione instamus quatenus ad sucursum felicissimum illum sub cuius fiducia victritia nostra signa iam militant, vestra properet celsitudo.

Datum in Marchia marchionum Malaspine, quintodecimo kalendas ianuarii, VI indictione.

91

<1308>, dicembre 21, Genova

Cristiano Spinola informa il re d'Aragona Giacomo II sulla situazione interna di Genova e sulla «briga magna» tra Malaspina e Sassaresi, i quali avevano devastato e incendiato «totam terram» dei marchesi, «salvo castrorum cacumina». I Malaspina avevano radunato a Sarzana 120 cavalieri e 300 fanti da inviare nell'Isola, mentre una delegazione sassarese era giunta a Genova per chiedere aiuti.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 308.

Serenissimo domino suo domino Iacobo, Dei gracia illustrissimo regi Aragonum et Valencie, Sardinie et Corsice, comitique Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillario, ammirato et capitaneo generali. Cristianus Spinole, suus familiaris et deuotus, cum omni recomendacione se ipsum. Nouitates in partibus nostris ortas his diebus elapsis, maiestati vestre non resero per presentes, qum per alias meas literas ei pridie destinatas ipsas plenius reseraui. Noscat igitur vestra serenitas, quod dominus Bernabas Aurie, qui detentus erat per capitatum Spinole et populum terre nostre, occasione cuiusdam castri comunis, quod pater eius tenebat, quod Lelexe nominatur, die dominica XV decembris nocte abfugit de loco in quo tenebatur detentus, et dicitur ad eius castra sua itinera direxisse. Quid vero esse possit de factis terre nostre, nescitur, tamen aparet quod inter intrinsecos et for[en ?]ses debeat esse briga. De responsione, que maiestati vestre per comune nostrum fieri debe-

bat per legatores ipsius, super legacione, quam dominus Bernardus de Sarriano, ammiratus vester, pro parte serenitatis vestre comuni nostro facta extiterat, in ea nil modo intenditur nec michi videtur quod intendere possint, propter monitam (?) et nouitates, que inter nos versantur. Quare, si in dicta legacione esset ad faciendum aliquid, vestra celsitudo prouideat in eo quod tacere vellent et habeat in predicta. Sicut per alias meas apices vestre maiestatis culmini reseraui, in Sardinia inter homines de Sasaro et homines de terra marchiorum Malaspine extitit briga magna, in qua briga homines de Sasaro deuastarunt et acc[enderunt to]tam terram ditorum marchiorum, saluo castrorum cacumina; et intendentes marchiones sicut eorum terra est pro[...]tata, se insimul vnanimiter conuenerunt et iurauerunt ascendere in Sardiniam omnes simul, videlicet, [...] habent terram, et parauerunt in Sarzana homines, equites centum et viginti et pedites trecentos [...] intellexerunt marchiones predictos velle ascendere [...]. Ideo [...] nostram duos eorum legatores, videlicet, episcopum de Sasaro et duos alios bonos homines de Sasaro et re[...] nostro homines equites quinquaginta ad expensas comunis nostri et alios quinquaginta dicunt se velle tenere [...] cum certa peditum quantitate ad defensionem ipsorum. De qua requixicione non videtur michi quod posint al[iquid habere (?)] cum comune nostrum satis sit propriis factis et negociis impeditus [secundum ?] quod se impediatur alienis. Dominus Bernabas ut [alias ?] scriptum est, se furtiue abfugit de terra, et dominus Brancha, pater eius, tenet castrum de Lelexe, nec scitur si velint morari in briga cum capitano et comuni; ab aliquibus creditur quod sic, ab aliquibus quod non. Verumtamen, si dicti se in brigam posuerint cum comuni, michi videtur quod capitano, si poterit, faciet cum Pisanis quod vadant ad inuadendum et abferendum ipsis terram eorum de Sardinia, et sic credunt posse facere. Et ideo michi videtur quod terra Sardinie sit in briga et quod adhuc esset (?) [et] valeat in maiori, que multum bene est pro vestra potencia, si in factis Sardinie vellent intendere et hoc (?) michi videtur quod [...] nuncios non habet in partibus illis Sardinie, esset bonum quod ibi vnum bonum et bene certum (?) haberet, qui videret et sentiret condiciones terre et voluntates hominum dicte terre et qui tractare sciret et reducere homines ad amorem vestre potenciae, que bonum posset ibi acquirere valde magnum. Quod si forte, aut homines de Sasaro aut marchiones, cum domino Brancha, vos assumere vellent in eorum terra, sicut

facile fieri posset, in his nouitatibus quibus estant, michi videtur quod absque magno auxilio alterius gentis posset vestra potencia faciliter deuincere et aquirere (*sic*) totam terram. Vestre maiestati semper (?) reduco ad memoriam id quod credo fore augmentum eius et honor, velut qui semper toto corde et animo id affecto. Semper me eius gracie recomendans.
Dat. Ianue, die XXI decembris.

92

1309, gennaio 11, Firenze

Istruzioni del Comune di Firenze per i suoi inviati presso il re d'Aragona, tra le quali si raccomanda la protezione dei marchesi Malaspina.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 312.

Citato in A. FERRETTO, *Branca Doria e la sua famiglia*, introduzione al *Codice diplomatico delle relazioni tra la Liguria, la Toscana e la Lunigiana ai tempi di Dante*, in "Atti della Società Ligure di Storia Patria", XXXI, Genova 1903, p. LXVII.

[p. 394] «Tertio, supplicent regio culmini quod eidem placeat et dignetur deinceps prefata comunia Florentie atque Luce et guelfos exititios civitatis Pisane et filios et nepotes et heredes quondam comitis Ugolini, dominos marchiones Malespinas, et specialiter nobilem dominam dominam Iohannam, comitissam Gallurie, specialiter recommendatos et in regia protectione receptos habere et tractare ac tenere uelud amicos et deuotos ipsius.»

93

<1309, gennaio 11, Firenze>

Sunto delle istruzioni del Comune di Firenze per i suoi inviati presso il re d'Aragona, in cui, tra le altre cose, si raccomanda la protezione dei marchesi Malaspina.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 313.

[p. 395] «Primus articulus est quod dicta comunia Florentie et Luce pro parte guelfa recommendent se ipsa et partem guelfam

exitictiorum Pisarum et dominos marchiones Malaspine, filios, nepotes et heredes quondam comitis Vgolini et nobilem dominam Iohannam comitissam Gallurie domino regi, et quod dingnetur regia celsitudo eos recipere in recomendatos, deuotos et chertos (?) amicos.».

94

1309, gennaio 26, Virgoletta

Procura conferita da Moruello e Franceschino Malaspina al giurisperito Giovanni di Castiglione, inviato presso Giacomo II per perfezionare gli accordi già discussi a Lucca dai marchesi con gli ambasciatori aragonesi.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Pergaminos Jaime II*, n. 2.705, carpeta 176.

Nel *verso*: «Procuratio dominorum Morouelli et Franceschini marchionum Malaspine facta de domino Iohanne».

Edizione: V. SALAVERTE Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 320a.

In nomine Domini amen. Viri magnifici dominus Morouellus, quondam domini Manfredi, et dominus Franceschinus, quondam domini Morouelli, marchiones Malaspine, ambo simul et quilibet eorum hoc publico instrumento fecerunt, constituerunt et creaverunt eorum et cuiusque eorum procuratorem et certum nuntium virum prudentem dominum Iohannem de Castillione, provincie Garfagnane, iurisperitum, presentem et subscipientem, ad recognoscendum ab excellentissimo principe et domino domino .. rege Aragonum castra Buoçe et Uoçoli insule Sardinee et alia castra, villas et terras et iura cum pertinentiis suis et omnia alia quecumque regie maiestati placuerint eisdem domino Morouello et Franceschino et cuique seu alicui eorum concedenda et prout dicto domino .. regi de predictis castris et pertinentiis et aliis placuerit concedendum et pro parte quam cuique ipsorum placuerit concedendam. Et ad iurandum devotionem et fidelitatem et nobile homagium pro concessione predicta. Et ad promictendum dicto domino .. regi pro se et suis gentibus liberum ingressum et moram in dictis terris et qualibet earum pro ipsius domini regis arbitrio et guerram facere pro optinenda et conquirenda insula Sardinee, secundum dicti domini .. regis dispositionem. Et ad omnem obli-

gationem et renuntiationem propterea faciendam ad dicti domini .. regis nutum et voluntatem. Et generaliter ad omnia et singula faciendum que in predictis et circa predicta vel aliquo predictorum fuerint opportuna et verus procurator facere potest et que iidem dominus Morouellus et dominus Franceschinus et quisque eorum in predictis et circa ea facere potest aut possent si presentes essent. Dantes et concedentes dicto dicto^a Iohanni eorum procuratori in predictis et quolibet predictorum plenum, liberum et generale mandatum. Et promiserunt et convenerunt ipsi domini marchiones et quilibet eorum michi Iohanni, notario infrascripto, tanquam persone publice stipulanti et recipienti vice et nomine eiusdem domini .. regis et omnium et singulorum quorum intererit uel interesse poterit firmum et ratum habere et tenere omne id et totum quod per dictum procuratorem actum et factum fuerit in predictis, sub obligatione et ypotheca dictorum marchionum et cuiusque eorum et bonorum eorum et cuiusque eorum omnium, presentium et futurorum. Actum apud Verucolectam, provincie Lunigiane, in prato seu viridario ipsius domini Morouelli, sito iusta domos habitationis ipsius domini Morouelli, coram Iohanne de Marrachinis de Pontremulo, dicto Balbo, et Pelegriano quondam Iacobi Gerardecci de Chiatris, cive Lucano, testibus ad hec presentibus et rogatis. Anno Nativitatis Dominice millesimo trecentesimo nono, septimo kalendas februarii, VII inditionis.

(SN) Ego Iohannes Bosse de Luca, imperiali auctoritate notarius, predicta omnia prout superius reguntur et scripta sunt, coram me acta, publice scripsi.

^a così nel testo

95

<1309>, febbraio 2, *Marchia Malaspina*

Moruello e Franceschino Malaspina accreditano il giurisperito Giovanni di Castiglione, loro procuratore, presso il re d'Aragona Giacomo II.

Originale [A], ACA, *Cancelleria, Cartas Reales Jaime II*, n. 9.980, caja 82.

Nel verso: «Potentissimo atque dignissimo domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum et Sardinie et cetera».

Rispetto alla datazione, l'indizione VII corrisponde all'anno 1309.

Edizione: V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 324.

Potentissimo atque dignissimo domino Iacobo, Dei gratia regi Aragonum et Sardinie, et cetera. Devotissimi sui Moroellus et Franceschinus marchiones Malaspine ad debite subiectionis obsequia properam et infallibilem voluntatem. Etsi nos cum aliis qui sardoas fortilitias possidemus et opida iure cogimur et tenemur ex debito veluti nostri legitimi principis vestris obtenperare mandatis, adeo ut quodocunque requisiti vel moniti cum totius mansuetudinis animo atque fidelitate integra debeamus regale subire dominium, nichilominus fidei nostre consilia decreverunt sic regia prevenire mandata ut servitia nostra quasi sua sponte surgentia oblata potius quam petita inciperent. Eapropter ad aulam vestre serenitatis destinare providimus virum nobilem et industrium dominum Iohannem de Castelione, iurisperitum, et presentium allatorem, in quem tamquam nobis karissimum vices nostras commisimus, sicut instrumento publico proinde confecto satis evidenter apparet, concedentes ei, de spetiali mandato ad homagia exhibenda et suscipiendas nomine mittentium gratias, liberam et omnimodam potestatem. Et ideo gloriose clementie assurg[entes] suppliciter ad vos preces nostras dirigimus ut tam prompta devotio tamque manifesta fidelitas, quas ulterius desideramus expertas, regi suo perpetuo commendate persistant utque voces prefati nuntii non aliter quam per ora supplicantium explicite credibiles et acceptabiles habeantur. Datum in Marchia Malaspine, quarto nonas februarii, septime indictionis.

96

1309, febbraio 15, Lusuolo

Procura conferita da Corradino Malaspina, per sé e i suoi fratelli, a Giovanni di Castiglione, Vanni Bera e Accursio di Panicale, inviati presso il re Giacomo II per perfezionare gli accordi già discussi a Lucca con gli ambasciatori aragonesi.

Originale [A], ACA, *Cancellaría, Pergaminos Jaime II*, n. 2.710, carpeta 176.

Edizione: V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 328a.

In Dei nomine amen. Millesimo CCC nono, indictione septima, die XV februarii. Vir magnificus dominus Conradinus, olim bone memorie domini Oppiçonis, marchio Malaspine, pro se ipso et germanis suis, filiis quondam dicti domini Oppiçonis, pro quibus et quolibet eorum de rato promisit michi notario infrascripto, stipulanti et recipienti nomine et vice excellentissimi domini et domini Iacobi, regis Aragonum, et cuiuscunque et quorumcunque interest vel interesse posset aut poterit, hoc publico instrumento fecit, constituit, creavit et ordinavit suos et dictorum fratrum suorum procuratores et certos nuntios spetiales, absentes tanquam presentes, dominum Vannem Beram et dominum Iohannem de Castigiono et Acursum de Panicali, ita quod occupantis causa melior non sit condicio, ad recognoscendum ab ipso domino Iacobo rege castra Bose et Osuli in insula Sardenee et alia castra, villas et terras et iura cum eorum pertinentiis et omnia alia quecumque eidem regie magestati eidem domino Conradino et fratribus concedenda placuerit, prout, dicto domino Iacobo regi de predictis castris et pertinentiis et aliis placuerit concedendum pro parte que eidem Conradino et fratribus concedenda placuerit. Et ad iurandum devoctionem et fidelitatem et nobile homagium pro concessione predicta. Et ad promitendum predicto domino rege^a pro se et suis gentibus liberum ingressum et moram in dictis terris et qualibet earum pro ipsius domini regis .. arbitrio et guerram facere pro conquirenda et optinenda insula Sardenee, secundum dicti domini Iacobi regis dispositionem, et ad omnem obligationem et renuntiationem propterea faciendam et ad dicti domini .. regis nutum et voluntatem, videlicet eo modo, conditionibus, forma, conventionibus et pactis, contractis et factis Luce per ambaxatores dicti domini .. regis. Et generaliter ad omnia et singula faciendum que in predictis et circa predicta fuerint oportuna et que veri procuratores facere possent et debent et que idem dominus Conradinus et fratres eius et quilibet eorum facere possent, si presentes essent. Dans et concedens dictis suis procuratoribus, licet absentibus, plenum, liberum et spetiale et generale mandatum pro se et dictis suis fratribus et quolibet eorum. Et promisit et convenit michi Mino, notario infrascripto, tanquam persone publice stipulanti et recipienti, nomine et vice dicti domini Iacobi regis et omnium et singulorum quorum inte-

resserit, firma et rata habere et tenere omnia et singula quecunque in predictis et circa predicta vel aliquod predictorum acta et facta fuerint per ipsos procuratores vel alterum eorum, videlicet iurandi fidelitatem et vasallagium predictorum castrorum, villarum et possessionum modo et pactis et conventionibus predictis, sub obligatione ipsius domini domini Conradini et dictorum suorum fratrum et cuiusque ipsorum bonorum omnium presentium et futurorum.

Actum in Lunexana, in Loxolo, in domo dicti domini Conradini, coram Symonello de Calesa, Lançaroto de Dallo, Petro filio quondam Facii de Corvaria et Bibolino, testibus rogatis.

(SN) Ego Minus de Feleteria, notarius publicus et iudex ordinarius auctoritate domini Marçuchi de Advocatis de Lucha, hiis interfui et rogatus scripsi.

^a *così nel testo*

97

<1309>, febbraio 17, Lusuolo

Corradino Malaspina informa il re d'Aragona Giacomo II della procura conferita a Giovanni di Castiglione, Vanni Bera e Accursio di Panicale.

Originale [A], ACA, *Cancellaria, Cartas Reales Jaime II*, n. 4.289, caja 34.

Rispetto alla datazione cfr. doc. 96.

Edizione: V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 330.

Illustrissimo et excellentissimo domino suo domino Iacobo, Dei gratia regi Aragonum, Valentie ac Sardenee et Corsice, comitique Barcellonie ac sacrosancte Romane Ecclesie vexillifero et capitaneo generali. Conradinus, marchio Malaspine, debitam reverentiam et honorem. Maiestati vestre tenor declaret presentium quod quando dominus Iohannes de Castigione, iurisperitus, se movit ad veniendum ad vestram regiam maiestatem pro nostris et nostrorum consortum negotiis faciendis, nos tunc eramus Luce pro quibusdam nostris negotiis que non poterant sine nostra pre-

sentia terminari. Et in reditu nostro, dum ipsum ad vos venisse invenimus, ecce quod ad eundem dominum Iohannem cartam nostre procuracionis transmittimus ut ipse possit pro nobis et fratribus nostris quemadmodum pro consortibus nostris vobis fidelitatem et homagium facere velle vestro. Set ideo, timentes ne idem dominus Iohannes a maiestate vestra dixesserit prius quam receperit ipsam cartam, nos in uno eodem instrumento ipsum dominum Iohannem, dominum Vannem Beram et Acursum de Panicali procuratores nostros fecimus generales, ut quod per omnes tres procuratores forsitan propter alicuius ipsorum absentiam compleri non potuerit, saltem per unum seu duos ex eis in dicta procuracione fiat, secundum quod vestre placuerit regie maiestati. Quibus seu cui ea que vobis ex parte nostra retulerint super facto dicte fidelitatis et homagio faciendo vestra regalis excellentia dignetur benigne credere tanquam nobis.

Data die XVII februarii, Loxoli.

*98

<ante 1309, aprile 1>

Francesco Malaspina invia delle lettere al re d'Aragona Giacomo II tramite il proprio procuratore Accursio di Panicale.

Citato in doc. 99.

99

<1309>, aprile 1, Castello di Olivola

Francesco Malaspina, scrive al re d'Aragona Giacomo II, definendosi «vester consanguineus licet indignus». Il marchese accredita il nipote Accursio di Panicale presso il sovrano, spiegando che quando lo stesso Accursio e Federico Malaspina si erano recati presso la corte regia egli si trovava «in partibus Alamanie».

Originale [A], ACA, *Cancellaria, Cartas Reales Jaime II*, n. 11.110, caja 91.

Nel verso: «Potentissimo et inlustri domino serenissimo domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Valencie, Sardinee, Corsice comitique Barcellona, sacre Romane Ecclesie vexillario et capitaneo generali».

Rispetto alla datazione cfr. docc. 96-97.

Edizione: V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 354a.

Potentissimo et illustri domino suo domino Iacobo, Dei gratia Aragonum, Valentie, Sardinee et Corsice, comitique Barcellonie, sancte Romane Ecclesie vexillifero et capitaneo generali. Franciscus, marchio Malaspine, vester consanguineus licet indignus, cum fideli et debita recommendatione se ipsum. Pridie, cum nobilis vir Accursius domini Bernardini de Paniçali, nepos meus carissimus, venit ad vos cum Federico marchione Malaspine eram in partibus Alamanie, locutus cun^a dominis ducibus de Carentana pro certis arduis meis negotiis procurandis. Et ideo conferenda cun^b vestra magnificentia eidem Accursio non potui debite explicare. Propterea nunc mando eidem Accursio ut pro meis et suis negotiis exequandis et que per alium quam per vestrum non possent comode expediri, quam potest citius ad Romanam Curiam se conferat. Quare magnitudinem et dominationem vestram humiliter deprecor quatenus eidem Accursio, cui meas litteras mando, in hiis et aliis que vobis et maiestati vestre edixerit, intentionis mee vere et plenarie informato, fidem credulam adhibere velit. Semper me et ipsum Accursium, ut meum filium, vestre celsitudini et clementie recommendo.

Data in Castro Ulivole, primo aprilis.

^a così nel testo ^b così nel testo

100

1309, maggio 4, Barcellona

Ratifica tra il re d'Aragona Giacomo II ed il procuratore dei Malaspina degli accordi stipulati a Lucca il 2 novembre 1308. A Giovanni di Castiglione, in nome di Moruello, Corradino e Franceschino Malaspina, vengono concessi «in feudum honoratum» Bosa e Osilo con le relative pertinenze secondo gli Usatges di Barcellona, ovvero con mero e misto imperio e ogni giurisdizione criminale e civile, senza riserva di appello al re, dietro prestazione di omaggio «ore et manibus», giuramento di fedeltà e atto di vassallaggio.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 371a.

Anche inserto [B] in doc. 103.

Copie di registro: [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 323, ff. 15v, 2^o-16; [R¹], Reg. 342, f. 320v; [R²], *Varia*, N. 357, ff. 22v-23.

Regesto di [R²]: F.C. CASULA, *I trattati diplomatici sardo-aragonesi del 1323-1326*, in *Sardegna, Mediterraneo e Atlantico tra Medioevo ed Età Moderna. Studi storici in memoria di Alberto Boscolo*, I-III, a cura di L. D'Arienzo, Roma 1993, I, pp. 207-220, pp. 216-217.

Nouerint vniuersi. Quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice comesque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillarius, ammiratus et capitaneus generalis. Concedimus vobis Iohanni de Castelione prouincie Garfanyane, recipienti nomine procuratorio nobilium virorum Morouelli, filii quondam nobilis Manfredi, et Francesquini, filii quondam nobilis Morouelli, et Corradini quondam filii nobilis Opetini, marchionum Malespine, in feudum honoratum, secundum Vsaticos Barchinone, castra vocata Bueçe et Oçuli cum villis et pertinentiis ipsorum ac terris et possessionibus suis, que sunt in insula et regno Sardinie et que in presenciarum habent et possident predicti nobiles, sine tamen iuris preiudicio alieni. Predicta siquidem castra vobis concedimus in feudum, ut est dictum, cum omnibus suis pertinentiis, cum mero et mixto imperio et omni iurisdiccione criminali et ciuili nulla nobis appellacione reseruata in eis. Et de predictis uos dictum Iohannem, nomine quo supra, inuestimus. Et ego dictus Iohannes, nomine quo supra recipiens a vobis excellentissimo domino Iacobo, Dei gracia rege predicto, in feudum iuxta Vsaticos predictos Barchinone, dicta castra cum omnibus supradictis et recognoscens a vobis, nomine predictorum quorum sum procurator, ipsos nobiles tenere in feudum dicta castra cum suis iuribus et pertinentiis vniuersis ac aliis supradictis, facio vobis homagium ore et manibus pro eisdem et promito et iuro ad sancta Dei Evangelia in animam dictorum nobilium, quorum sum procurator, quod ipsi erunt vobis fideles et legales sicut boni vassalli debent esse suo domino naturali et uos et heredes uestros habebunt in eorum dominum in dictis castris et non recognoscent nec reclamabunt alium dominum in ipsis castris, nisi uos tantum et heredes seu successores uestros, et facient uobis pro dictis castris ea omnia et singula que vassalli suo domino tenentur facere iuxta Vsaticos supradictos. Quod est

actum Barchinone, in palacio dicti domini regis, quarto nonas
madii an. Dom. millesimo trecentesimo nono. Exp[ediatur?] Ber-
nardus.

Signum [*signo*] Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Valencie, Sar-
dinie et Corsice comitisque Barchinone predicti.

Testes sunt Raimundus, Valentinus episcopus, cancellarius domi-
ni regis; Guillelmus de Angularia; Iaspertus, vicecomes Castri-
noui; Gondissalbus Garcie; Bernardus de Abbacia, vicecancella-
rius; Petrus Marci, thesaurarius domini regis.

Sig[*signo*]num Guillelmi Lupeti, predicti domini regis scriptoris
et eius regia auctoritate notarii publici, qui hec scribi fecit et clau-
sit loco, die et anno prefixis.